



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 16. Leander Colloredo Cardinalis mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

§. XVI.

*Leander Colloredo Cardinalis
mortuus.*Sæc. XVIII;
A. C. 1709.

Præter duos Purpuratos anno priori
denatos Franciscum Nerlium, & ^{*Vitæ Card.*}
Jacobum Antonium Moriggiam, hoc ^{*t. I. p. 107.*}
item anno quatuor alii Purpuram cum
vita deposuere. Hos inter primus erat
Leander Comes de Colloredo Goritien-
sis. Hic jactatis Pisauri primis lite-
rarum rudimentis, postea sacratioribus
disciplinis Romæ imbutus, insciis suis
Parentibus instituto Presbyterorum
Oratorii sese dicavit, ubi Sacerdotio
initiatum, totum se Theologiæ studio
dedit, ac frequenter tantaque sermonis
facundia, ac rationum efficacia os Sa-
crum solvit, ut pronas totius urbis, Pon-
tificis & Cardinalium plerumque au-
scultantium voluntates ligaret: unde
non mirum, quod ab Innocentio XI.
qui tanti Viri virtutem ac merita per-
specta habebat, multum gratia, & fa-
vore valeret, atque ab eodem Episco-
porum Examiner, Congregationis de
Indice Consultor, ac tandem, invitum
licet, & nonnisi obedientiæ præcepto
compulsus Cardinalis Presbyter tit.
S. Mariæ trans Tyberin renuntiaretur.
Postea in Majorem, ut vocant, Pœni-
Hist. Eccles. Tom. LXVIII. E ten-

Sæc. XVIII. tentiarium nominatus, morienti Inno-
A. C. 1709. centio Pontifici extrema salutis obse-
 quia præstitit, Expetebatur ad Pon-
 tificatum a Cardinalium non paucis:
 adversabantur tamen multo plures,
 partim quod immoderatus Thiamam
 ipse ambiisse crederetur, partim
 quod Venetis nimium addictus, Cæsa-
 ris Legatum sibi adversarium haberet:
 Ipse autem ab adversis se nunquam tur-
 bari, nec a prosperis extolli passus,
 sese totum pietatis operibus mancipa-
 vit, ac præcipue Gustavum Samuelem
 Palatini Comitem ac Bipontinum Prin-
 cipem ad ejurandam Lutheri sectam
 promovit: Mortuo Innocentio XII. rur-
 sus, Venetis ejus electionem potenter
 sollicitantibus, supremæ dignitatis ad-
 piscendæ spe plenus erat: ast quamvis
 tam Innocentius XI. quam XII. Collo-
 redum ob raram ejus pietatem, humi-
 litatem, ac sinceritatem in ipso mortis
 articulo Successorem nominassent, ob-
 sistebant tamen præter Gallos potissimi
 ex Cardinalibus, qui in hoc Cardinale
 nil nisi fallacem imitationem simulatio-
 nemque virtutis esse, palam edicebant;
 quæcunque demum quorundam opinio
 fuisset, nemo tamen huic Viro dignis-
 simi Præfulis gloriam denegare poterit,
 qui longiore adhuc ævo, si tempora me-
 ruissent, ipsaque summa Tiara, dignus erat

si in-

fi invidia abfuiſſet: Obiit tandem ſe-
 ptuagenarius ex apoplexia die unde-
 cima Januarii. Hujus Purpurati vi-
 tam Pater Petrus Riccettus deſcripſit,
 atque anno hujus ſæculi quadrageſimo
 Romanis literis excudi fecit.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1709.

§. XVII.

Balthaſaris Cenci Cardinalis obitus.

Alter ex Purpuratis hoc anno defun-
 ctis erat Balthaſar Cencius patria
 Romanus, ex nobiliſſima ſtirpe oriun-
 dus. Hic liberalibus diſciplinis & Ju-
 riſprudentiæ navata opera prorſus e-
 gregia ab Innocentio XI. Prælatiſ, nec-
 non Congregationi Vaticanæ fabricæ
 admotus, Avenionenſis Pro - Legatus
 nominabatur; exortis autem ob Rega-
 lia diſſidiis Papam inter & Franciæ Re-
 gem, atque Avenione ab eodem inter-
 cepta, Cencius primo ad Abbatiam
 S. Pontii, poſtea Niciam profugere com-
 pulſus eſt, nonniſi poſt Alexandri VIII.
 inaugurationem, compoſitiſque con-
 troverſiis Avenionem reverſus, ubi e-
 tiam Legationem ſuam maxima pru-
 dentia, æquitatiſque laude proſeque-
 batur, uſquedum ab Innocentio XII.
 Romam revocatus, primo Lariffenſis
 Archiepiſcopus, poſtea Cardinalis, ac
 demum Firmanus Archipræſul nomina-
 retur:

E 2

retur: